



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXIII. De Infortunio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

juss. & in l. si duo. 34. §. fin. ff. de recept. arbitr. Alex. in l. qui bona §. ult. ff. de damn. infect. Gail. de Arrest. Imper. c. 11. num. 11. quanquam si infinitum accipias non pro multitudine incerta & quæ extremis carent, sed pro numero, qui Lege quidem definitus non est, voluntate tamen testatoris definitur, illud non detestari, sed potius permittere jura dicantur §. & unum. 4. Instit. de hered. instit. l. qui restituere. 68. ff. de rei vind. l. videamus. 4. §. 2. ff. de in lit. jur. Bocer. in Comm. ad §. 4. Instit. de hered. instit. n. 2.]

CAP. LXXII.

De Informatione.

Axioma I.

Informationis hausa documentum non est denegandum iis, qui ad magisterium artis suæ aspirant. *Mev. Conf. 49. n. 16.*

II.

Informatio iudicis in iis sufficit, quæ sunt probationis difficilis. *Carpz. Defin. Confess. l. 2. tit. 12. Defin. 209. n. 15.*

CAP. LXXIII.

De Infortunio.

Axioma I.

Infortunium unius alteri nocere non debet, *Pantschm. 1. quest. pract. 14. n. 9. Exemplum vide in l. si te bonis 108. de jur. delib. ubi debitoris infortunium non nocere creditori collegit Bald. vid. Afflict. decis. 10. n. 6. 7. Cravett. decis. 6. n. 86. & 97.*

II.

Tristis casus & adversa fortuna non solet esse in consideratione l. inter stipulantem 83. §. facrum 5. de V. O. l. Julianus 6. qui & a quib. manumiss. lib. non fiunt. *Pantschmann. 1. pract. 9. 10. num. 39.*

CAP. LXXIV.

De Ingerentibus sese in.

officia, sive se obtrudentibus.

Ingerentes se negotiis alienis merito suspecti *l. 25. de procurat. l. 21. §. ult. Ex quib. caus. major. Unde invitos ad officia eligendos Imper. monet in l. 31. Cod. de Episc. & Cler. seu eos, qui fugiunt, c. in scripturis 8. q. 1. quia dignitates merentibus sunt danda, qui autem cum maxime solent desiderare, ii plerumque minime merentur l. ut gradatim de muner. & honorib. Decianus tr. crim. cap. 21. num. 10. add. c. officii, & ibi Abbas de elect. Petr. Theod. diff. crim. 9. 16. 6. lit. B. Alibi id dicitur negotiis se offerre: quod iidem culpæ proximum. *l. 36. §. Senator. l. de iudic. §. 10. l. de suspect. iur.**

CAP. LXXV.

De Ingratitudine.

Axioma I.

Ingratitudinis vitio nullum majus est detestabilius, *Panorm. in c. fin. extr. de donat. Menoch. consil. 723. n. 3. Vasq. de success. progress. in prefat. n. 3. tollit enim naturæ debitum. §. hoc autem quod plus. Nov. 22. de Nupt. & secundum Bernard. Ventus est ovans siccat fontem misericordiae, rorem pietatis & fructum gratiae. Panorm. in d. c. fin. Welsemb. 1. consil. 24. n. 12. Goedd. 3. Consil. Marp. 28. n. 132. diciturque inimica animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Just. Mejer. in disput. de donat. simplic. thes. 93. Unde & illam, quando ex contemptu beneficii contingit, inter peccata mortalia retulit Thomas c. 22. q. 109. art. 3. quem sequitur Covar. in c. cum in officiis n. 9. vers. gloss. Bernard. de testam. vid. Consil. Arg. 1. consil. 112. mun. 175. quocirca & ingratus beneficio se indignum reddere dicitur tot. tit. C. de ingrat. liber l. liberi 28. l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. Nov. 115. l. ult. C. de revoc. donat. Welsemb. 1. consil. 24. n. 111.*

II.

Ingratus nemo presumitur erga genitorem, nisi doceatur. *Menoch. lib. 4. de presumpt. part. 1. pres. 29. n. 2. 3. & 4. per d. l. 30. C. de inoffic. test. & Nov. 115. cap. 3. §. fin. autem hæc omnia. Vult. 3. Consil. Marp. 28. n. 104.*

III.

Ingratitudinis vitium considerari nequit, ubi non præcessit beneficium. *Pacian. consil. 112. n. 31.*

IV.

Ingratitudo matris, non est ingratitude filiorum. *l. divi fratres 17. ff. de jur. patr. l. Emancipatum. 7. ff. de Senator. l. 3. §. si emancipatus 5. de bon. poss. contr. tab. Fichard. 1. consil. 46. n. 17.*

V.

Ingratus ex solo conatu nemo judicatur. *Rip. in l. ult. q. 25. C. de revoc. donat. Menoch. consil. 101. n. 50. Welsemb. p. 1. consil. 29. n. 60. imo non potest committi sine donatarii & beneficiarii dolo. Schrader. de feud. p. 9. c. 4. n. 96. Vult. 1. F. XI. n. 53.*

VI.

Ingratitudo non potest remitti. *l. 1. ubi Bald. C. de ingrat. liber. l. ult. C. de bon. libert. c. cum inter 21. de elect.*

Limita: nisi iuramentum accedat, *Alex. in l. stipulatio hoc modo. de V. O. Tiraq. in prefat. l. si unquam. num. 140. de revoc. donat. Pantschm. 1. quest. pract. 10. n. 59.*

Limita 2, hoc procedere in ingratitude futura, non præterita. *l. ult. C. de rev. donat.*

CAP. LXXVI.

De Inhabilitate.

Axioma I.

Inhabile esse & non esse sunt paria, *arg. l. 6. Hh 2 ff. qui*